



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

De officio executorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

INDEX.

4. Si legitima ex causa impeditus est executor quominus intra tempus præfixum exequi possit. nume. 6. fol. 93. Secus autem si propria culpa impediretur. numero 30. fol. 55. 5. Si executor ignoraret talia legata, quia tunc non currit tempus. d. num. 30. 6. Notandum quod tempus anni non cedit, antequam executor à magistratu est monitus. nu. 31. fol. 55.

De officio executorum.

VIII.
Officium
execu-
torum.

Executor regulariter non compellitur ut tradit Iacob. à Canib. part. 1. num. 60. Quoniam inuitus ad officium quantumvis pium, re integra compelli non potest. numero 8. fol. 93.

Verum hoc limitatur octo modis in locis iam allegatis,

Curabit autem executor à superiore ad munus hoc subeundum compulsus, ut de compulsorio decreto, vel superioris iussu, testimonium habeat, illud etenim decretum, sua potestatis fundamentum est. Et quamvis executionis officium sponte aliquando subire queat, consultius tamen erit, ut hoc faciat superioris auctoritate, vel in presentia honestarum personarum. ut monet Iacob. à Canib. in §. repetitis. num. 1. & 2.

Executor in munere suo obeundo ponderabit. 1. Voluntatem defuncti & normam testamento præscriptam: sin verò hoc à testatore fuerit

INDEX.

intermissum, legum canonumque sanctionibus & locorum consuetudine nitetur. Iacob. à Canib. part. 2. in prin. nu. 21. & 23. 2. Qualitatem & quantitatem rei quæ fidei & dispositioni est commissa, perpendet. Iac. à Camb. part. 2. in prin. nu. 3. 3. Inspiciet qualitatem personarum, quibus soluendum est. d. par. 2. nu. 7. 4. Considerabit locuples an sit hæreditas, optimeq; soluendo, an verò exilis & tenuis d. part. 2. nu. 9. Ratio huius ponitur, ibidem.

In negotijs arduis suis viribus non confidat executor, sed consulat peritiores d. part. 2. in prin. nu. 16.

I.
Cautionē præstat;
1. Executor cautionem præstare tenetur d. §. repetitis. nu. 3.

Limitatur verò hæc reg. quod locum non habet, in executore legitimo, cum enim fides ipsius per legem sit approbata à cautionibus præstandis censetur immunis. d. §. repetitis nu. 12. Idem quoq; simili quasi ratione observatur in executore testamentario, ut is etiã ad cautiones præstandas non astringatur. d. n. 12. Nisi in tribus casibus positis subseq. nu. 13.

Quibus deinde casibus executor à iudice datus, eiusmodi cautionem præstare non teneatur, allegat Iac. à Canib. d. nu. 12.

De quatuor cautionibus præstandis cauetur d. §. repetitis. nu. 6. 7. 8. & 9.

Cautio vitiosa pro non facta habetur d. §. repet. nu. 5.

Execu-

INDEX.

2. Executor inventarium tenetur conficere d. §. repetitis. nu. 14. Quod sex puncta continere debet. de quibus ibidem, nu. 15. 16. & seq. Excusatur tamen à confectione inventarij. 1. Si iustas & rationabiles causas habet, ut si laborasset morbo fontico. 2. Si testator, vel iudex aut etiam loci consuetudo inventarij confectionem remisisset, 3. Si executor ad unam rem tantum sit datus, d. §. repetitis, nu. 21. 22. 23. 24. 25.

2.
Inventariū
conficit.

3. De conuocandis consulendisue collegis. Quando etiam unus agere & exequi possit sine alys traditur, d. §. repetitis, nu. 26. 27. & seq.

3.
Collegas
adhibet in
cōsiliū.

4. Hæredem cogit executor ad adeundam hæreditatem, nu. 1. fol. 38. Huius ratio ibidem. An verò eundem ad soluendum compellat & an ad hoc ei detur actio, declaratur, num. 4. 5. 6. & 7. fol. 38. Vbi post aliquot opiniones allegatas author ponit regulā, quod scilicet.

4.
Hæredem
compellit
vt adeat.

Executor agere non potest, num. 8. fol. 40. Deinde eandem regulam limitat quatuor modis ut nu. 9. 10. 11. 12. eodem fol. 40. Quinta limitationis loco notandum de equitate canonica executori actionem semper dari, num. 12. in fin. fol. 41.

De hærede cogendo ut debita hæreditaria exigat, num. 13. fol. 41.

5 Procuratorem constituit executor secundum distinct, authoris. num. 15. 16. fol. 41. & 42.

5.
Procura-
torem cō-
stituit.

O 5

6. Exe-

INDEX

6.
Actiones
intentat.

6. Executori datur actio. 1. Ex testamento, & hypothecaria, si in testamento aliquid ei fuit relictum. 2. Conditio ex l. nulli. C. de episc. & cleric. si nudus est minister & ex testamento nihil consequitur. 3. Vtilis, si non proprio sed heredum & legatariorum nomine agit. num. 17. 18. 19. fol. 42. 43.

Et executor utilem actionem habens praefertur, si concurrit cum heredem vel legatario habente directam. num. 22. fol. 43.

De reconueniendo executore habetur. numero 23. fol. 44.

Executor cui legatum, vel commissum quid est, bona fide potest agere aduersus heredem & iudicis officium implorare. num. 3. fol. 90.

Coram quo iudice agere possit executor, declaratur num. 7. fol. 72.

Præterea vnus executorum potest ab altero exigere id quod debet. num. 7. fol. 91.

7.
Vendit.

7. Vendere vel permutare an possit executor rem non legatam inuito heredem. num. 27. fol. 45. Disting. num. 28. 29. & 30. d. fol. 45. item num. 2. fol. 90. Et requisita in ista venditione obseruanda traduntur. fol. 45. num. 32. 33. 34. 85. & 36.

Hic etiam notandum si executor in venditione rei pupillaris, pactum de retrouendendo adiecit, quod emptor in prauidicium pupilli vendere non potest. num. 37. fol. 45.

In pase

I N D E X.

9. In possessionem mittit legatarium & quid de
 herede & fideicommissario vniuersali. nu. 24. fol. 44.

8.
 In posses-
 sionem
 mittit.

9. Ad vltimarum voluntatum executionem quoq;
 pertinet, vt executor distribuatur diuidat & dispartiat.
 num. 1. fol. 48.

9.
 Distribuit.

Hoc verò vt ritè & legitimè peragatur spectare
 debet executor. 1. Causam, quo iure res debeatur, an
 iure scilic. naturali tantū, vel civili tantū, vel utroq;
 simul. Nam quod utroq; iure debetur, utpote civili
 & naturali id omnino pendi debet. Et licet in foro
 contentioso saepe à nobis exigi non possint res, quæ na-
 turaliter tantum sunt debite, vbi videlicet naturalem
 obligationem ius civile non corroborat: in foro tamen
 conscientia ad earundem restitutionem tenemur. Pro-
 inde quindecim casus restitutionis enumerantur. n. 3.
 fol. 49. & seq. in quibus executor conscientiam de-
 functi exonerare debet. 2. Considerare debet personas
 quibus dandum. num. 36. 37. fol. 56. 3. Res quæ dari
 & distribui debent. num. 32. fol. 55. 4. Tempus intra
 quod res distribuenda. num. 27. fol. 54. de quo supra
 Quando & intra quod tempus exequendum.

10. Administrationis suæ rationem executor red-
 dere tenetur. num. 1. fol. 57. An vero testatoris di-
 spositione ab hoc onere fiat immunis discutitur. nu-
 mero 2. folio 58.

10.
 Rationem
 reddit.

Cui

INDEX.

Cui reddenda sit ratio, qualiter & quando, item qua actione petatur. habetur in toto. §. Nouissimum, fol. 57. & fol. 94. tit. 8.

**Officium
legitimi ex-
ecutoris.**

Magistratus in exequendis ultimis voluntatibus dilationes damnosas rescindere & omnia secundum personarum & rerum circumstantias ponderare debet. num. 4. fol. 92.

Episcopus potest bona à defuncto male quaesita & in foro cōscientiae restitutioni obnoxia erogare in pauperes, si bona sunt incerta, secus verò si certa sunt. nume. 29. fol. 68. An verò hac incerta bona episcopus pro Ecclesiarum reparatione, retinere possit, iam allegato loco examinatur.

**Officium
datiui.**

Datiui executoris idem ferè officium est quod executoris testamentarij. §. Quare quarto. fol. 70.

**Officium
honorarij.**

Honorarij executores qui dicantur & quod eorum officium sit, tractatur. num. 6. 7. folio 91.

IX.

**Commo-
dum siue
salarium.**

IX. Sex cōmoda quae executor officij sui ratione percipere potest, recensentur, fol. 71. 72. 73.

X.

**Excusa-
tio.**

X. De excusationibus executorum agitur, num. 13. & 14. fol. 74.

XI.

Remotio.

XI. Executor malè administrans remouetur. Et quae incommoda ei hinc eueniant. num. 28. & seq. fol. 77.

XII. Modi deniq; quibus finitur executoris officium, traduntur, fol. 75. 76. 77.

IN